



**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De iudiciis Dei: & quòd molestè ferre non oporteat, si iusti calamitatibus  
conflictentur, iniusti autem prospera omnia habeant. cap. Ixvii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A De equalitate: &amp; quod eodem gradu apud Deum omnes sint.

C A P. L X V I .

**E**V SILLVM & magnum ipse fecit: & æqualiter est ei cura de omnibus. *sap. 6.*

Non est personarum acceptio apud Deum, quemadmodum literis sacris proditum est: verum siue quis magnus sit & arrogans, atque & opibus & mundana gloria in altum evectus, in gloriam tamen ac præriorum expertem sententiam feret, si virtus atque criminibus obstrictus teneatur: siue quis parvus sit, atque & in inopia & in nominis obscuritate vitam degat, immunditia & damnabitur, nisi virtutis dotibus floreat.

B

De iudiciis Dei: &amp; quod molestie ferre non oporteat, si iusti calamitatibus conflictentur, iniusti autem prospera omnia habeant.

C A P. L X V I I .

**D**I X I T Dominus ad Iob, Nunquid irritum facies iudicium meum? aut peccata mea aliter tibi oraculum edidisse, quam ut iustus appareas? Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortaque diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Domus eorum omnibus copiis abundant, & pacata sunt: & non est virga Dei super illos. Manent autem tanquam oves æternæ. Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Traducunt in bonis dies suos.

Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustias. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, & ecce non erat. Penè effusi sunt gressus mei: quia zelau super iniquos, pacem peccatorum videntes. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, &c. Deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat.

D Ne zelotypia flagret cor tuum in peccatores: sed in timore Dei esto tota die. Thesaurizantur iustis diuitiae peccatorum.

Et erunt sicut puluis tenuis à rota diuitiarum Gentium, & sicut fauilla pertransiens, & vt punctum. Et sicut somniat esuriens & comedens, cum autem fuerit expurgefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius adhuc vacua est: sic erit expectatio omnium Gentium.

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verum tamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur. bene est omnibus qui præuaricantur, & iniuste agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt & faciunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum.

Non zeles gloriam peccatoris.

E Per quæ poenas passi sunt inimici illorum, per hæc cum abundarent filii Israël, lætati sunt.

Similiter & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri, cum non dum nati essent, nec quicquam boni aut mali egissent, dictum est ei: Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid igitur dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyse enim dicit, Miserebor cuius miserebor, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non voluntis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult, miseretur: & quem vult, indurat. Dicis itaque mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? O

R ij

DE IOANN. DAMASCENI

homo, tu quis es, qui ex aduerso respondeas Deo? Nunquid dicit figuratum ei F  
qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem  
massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? O al-  
titudo dñitiarum sapientiae & scientiae Dei: quām incomprehensibilia sunt iudi-  
cia eius, & inuestigabiles viæ eius!

*Cap. 11.*

*B. 11.*

Etiamsi rationes eorum, quæ à Deo administrantur, captum nostrum effugiant, omni-  
nō tamen, id quod à sapiente, ac nos amore complectente, administratum est, comprobari  
et que a quo animo accipi debet: quamvis etiam alicui graue ac molestum sit.

*Psal. 35.*

Quæ à iusto iudice cœlitus nobis adhibetur iustitia, cùm emendandi ac rependendi vim  
habeat propter eorum decretorum, quæ in ipsa recondita sunt, altitudinem, agre admodum G  
humano ingenio perspici potest. Hoc enim, ni fallor, est quod ait Psalmista, Iustitia tua si-  
cut montes Dei.

*Naz. o-*

*rat. de*

*paup.*

*mor.*

*Calami-*

*tati cau-*

*sa incerta.*

Quis scit, num ille ob vitium crucietur, hic rursus ut bonus ac laude dignus euehatur:  
ac non contraria ille ob flagitiosam vitæ rationem attollatur, hic ob virtutem exploretur: ille,  
inquam, altius euectus, ut gravius corruiat, tantisperque expectatus, quoad vniuersa ipsius  
improbitas, morbi cuiuspiam instar, prius eruperit, ut iustiori quoque postea supplicio af-  
ficiatur: hic rursus calamitatibus præter hominum expectationem pressus, ut tanquam  
aurum in fornace probetur, ac tantulum id, quod habet, viri eliquerit?

Circulus qui spiam rerum humanarum est, fratres, ac Deus nos per contraria erudit: ut  
qui, quemadmodum omnia sapienter coagmentauit, atque inter se deuinxit, ita etiam pari-  
sapiencia omnia pro suis iudiciis, quæ nec mente asequi, nec peruestigare quisquam potest, H  
regat ac gubernet.

Hoc unum nobis persuasum esse debet, cuncta ad utilitatem nostram à Deo guberna-  
ri: quoniam autem modo gubernentur, non iam inuestigare, nec, quia hunc ignoramus, mæ-  
stere ac molestia affici. Hæc enim scire, nec possumus, nec expedit: alterum, quia mortales  
sumus: alterum, quod hinc in arrogantiā citò efferrēmur.

*Nilus.*

Aiunt nonnulli: Què fit, ut iusti imbecillitate atque inopia conflictentur, iniusti contra-  
robore atque opibus polleant? Quid ita? Nimirum, ut illi coronentur, hi autem sempiternis  
suppliciis excrucientur.

*R. 11.*

*Psal. 35.*

*Euseb.*

Quæsi sti quid causa sit, quamobrem hoc à Deo constitutum sit, ut vir bonus mœreat  
& opprimatur, contraria, qui perquam improbis moribus sit, in hilaritate atque opibus ver-  
setur: & cur alter prospera omnia habeat, alter nulla in re quod cupiat asequatur: cur, in-  
quæ ille valeat, hic aduersa valetudine labore: cur vir probus à dñe affigatur, ma-  
lus autem integer atque incolimus vivat? Ne curiosè inquiras ea, quæ captum tuum exce-  
dunt: verum hoc tantum noscas, Dei voluntate atque sententia omnia geri, non autem ex-  
altissimam eorum rationem exquiras. Paulus, vir tantis, imperuestigabilia Dei iudicia esse  
pronuntiauit. Quocirca fieri nequit, ut pedum Domini, atque consiliorum ipsius vestigia  
quisquam asequatur. Iudicia enim ipsius, ut ait Prophetæ, abyssus multa.

*Ecli. 4.*

Si quis abiens fluum traiicere velit, cūmque astuantem atque horrenda quadam rapi-  
ditate fluentem videat, cūmque nemo aliis ipsum traiicere aggrediatur, ipse tamen teme-  
ritate impulsus ingrediatur, cupiens nimirum se, tanquam generosum ac fortis animi vir-  
um ostendere, atque in flum pereat, sane cum stolidis ac temerariis ipsius anima censetur:  
quandoquidem mortem suam perspiciens, obtemperandum non duxerit Scripturæ, di-  
centi, Ne conoris contra impetum fluuij. At si fluum leniter fluentem videat, nec tan-  
quam rugitu quodam mortem minitantem, verum placidum ac facilem, multosque cum  
transmittentes, atque ipse quoque ingrediatur ut eum pertranscat, ac Dei permisso Sata-  
nas fluctus excitet, aut titubante pede in aquam lapsus intereat, ipsius mors in martyrium  
reputabitur. Atque mortis quoque hora ipsi aderat. Aderat quidem, sed non ut hoc mortis  
genera interiret. Diabolus enim mortis horam conspiciens, anteuerit, ac lapsum prepa-  
rat: ut laqueo mors ascribatur. Quod etiam idem de iis dicendum est, qui à feris interem-  
pti sunt. Nam si quis de industria, ac dedita opera, profiscitur, ut feram iugulet, atque  
ab ea morte afficiatur, huius anima cum his censetur, qui præcipiti audacia & temeri-  
tate

A tate mortem sibi accersuerunt. Sin autem repente fera irruat, atque hominem discerpatur, tum vero ille martyrico mortis genere obierit. Atque id perinde locum habet, siue quis in mari siue in terra moriatur.

*De detractio: & quod detractio sit falsus sermo aduersus aliquem  
prolatu.*

C A P. LXVIII.

B **O**CVTA est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Aethiopissam, & dixerunt, Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Et dixit Dominus ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per enigmata & figuratas Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruus meo Moysi? Iratusque contra eos abiit. Et ecce Maria abiit candens lepra quasi nix.

Muta fiant labia dolosa, quae loquuntur aduersus iustum iniquitatem, &c. *psal. 30.*

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuae poneras scandalum. Et male locuti sunt de Deo: & dixerunt, &c. Detrahen-*77. 100.* tem secreto proximo suo, hunc persequebar. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

Detractio noli amare: ne de medio tollaris.

Custodite vos a murmuratione que nihil prodest, & a detractio: parcite lingua: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit.

Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus enim est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare.

Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suae, effodian*Pro. 30.* tum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilae.

D **D**etractio est aduersus fratrem absentem, obtrectandi ipsi studio, aliquid dicere: etiam Basil. si alioquin verum sit quod dicitur.

Si quis maledicit te petat, siquidem vera dicit, fac te corrigit. Sin autem falsa sunt que chrys. tibi obiicit, cum irride. Si tibi conscius es vera esse, que in te coniicit, da opera ut te emendes: sin autem nil tale in te agnoscis, non est quod conuicius ipsius commouearis.

Eos, qui nobis obtrectant, tum demum contempnere oportet, cum nullas ipsis maledicendi ansas porrigimus. Quin potius ne tum quidem: verum cum ipsis ora obstruere possumus. Cum autem a nobis id totum proficiuntur, in caput nostrum ignis omnino vertitur.

Non ideo duntaxat, qui aliis obtrectant, verum etiam illi, qui causas atque occasiones obtrectandi temere prebent, supplicio ei, quod maledicenti & constitutum est, obnoxij sunt.

E **Q**ui alium malo aliquo multaret vult, prius scipsum ita mulcat. *Didym.* Satis tibi est vinum bibere, & carnes comedere, quam per obtrectationem fraternalis *Senum.* carnes deuorare.

*De tempore: & quod tempus redimendum sit: atque omnia suo tempore  
& dicenda & facienda sint.*

C A P. LXIX.

M NIA tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub celo. Tempus *Eccles. 3d.* nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus cuelendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus edificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi.

R iiij